

apponunt pactum ut ad datum debitoris quantumcunque magnum liceat creditori eas pecunias ad Cambium accipere, quarum usuram debitor ipse postmodum per soluere conuincitur, tunc igitur exacto termino conniuens creditor cum amico aliquo campso, aut mercatore, fingit pecunias pro ea summa accipere litteras, amicos tempusque constituunt aliquando quidem in terrorem saepius in debitoris etiam iacturam intendentem, vnde ut diximus ex fine vel licitum, vel illicitum redditur, forma autem omnium excepto figura, est qualis in reali & sicco fieri solet.

27 Quantum autem ad casus ponam tantum necessarios, nam solum est in rebus seriis casus exponere impossibilis maxime multos. Quidam igitur voluit litteras Cambij à campso Mediolani pro aureis, 500. quos exbursauerat ei ut reciparet eos Venetiis: campso voluit. 5. pro 100. queritur pro quanta summa esse debent, adde semper exactioem quae est 5. supra id cuius est exactio videlicet 100. & fit 105. & dic si 105. dat 100. quid dabunt 500. duc 500. in 100. fit 5000. diuide per 105. exeunt 476 $\frac{4}{7}$, & tot erunt. Solutio- num autem genera duo sunt, aut enim tenemur dare certam pecuniam vtpote florenos Rhenenses & nil aliud, & tunc non est consilium in re omnino necessaria aut tenemur dare valorem; & ita reduci- mus ad libras loci in quo fit solutio, vel faciemus solutionem in alio genere libra- rum nihil refert, dummodo pacta sint ta- lia, cum igitur solutio est fienda in aliquo genere monetæ fixæ, & habes duo vel tria genera monetæ mobilis diuersi valoris respectu solutionis, & respectu loci in quo fienda est solutio, vel à quo pecuniae mit- tantur, semper vnicar satisfacies regula, quae est duæ valorem pecuniae in genere soluendorum, per 100. & diuide per va- lorem in genere retinendorum, & quod exit serua, & ita fac in omnibus deinde considera maiorem & talis pecunia quae produxit maiorem danda est reliqua reti- nenda, post detrahe vnum ab alio, & dif- ferentiam duc in centum, & diuide per ter- minum minorem, quod exit est lucrum pro centum in capitali, deinde si vis totale lucrum duc lucrum pro 100. in totum capitale & diuide per centum.

28 Exemplum aureus valet Mediolani so- lidos 120. & Mozenighus solidos 20. Ve- netiis autem ut dictum est aureus valet so- lidos de suis 140. & Mozenighus 24. & ponamus quod debeam dare vni libras 300. Venetas, & ego sim Venetiis vel Me- diolani nihil refert, tunc queritur quali moneta aureis ne an Mozenighis melius sit debitum persoluere, valor auri in ge- nere soluendorum est 140. solidi, duc igitur in 100. fit 14000. diuide per 120. & est valor aurei in genere retinendorum, nam retines ipsum si vis, expenditur in valore Mediolanensi, exeunt igitur 116 $\frac{2}{3}$. & similiter duco 24. qui est valor Mo- zenighi in genere soluendorum in 100. fit

Tom. IV.

Primum Exemplum.

Aureus	120	140	116 $\frac{2}{3}$
Mozenighus	20	24	120

$$\text{Differentia, } 3 \frac{1}{3}$$

$$116 \frac{2}{3} - 3 \frac{1}{3} = 100 - 2 \frac{6}{7}$$

$$100 - 2 \frac{6}{7} = 300 - 7 \frac{4}{7}$$

2400. diuide per 20. & est valor in genere retinendorum, vis enim retinere ut expen- das Mediolani, exeunt 120. igitur cum 120. sit maius 116 $\frac{2}{3}$, igitur per regulam me- lius est dare Mozenighos, quam aureos: & si quereras quantum detrahe 116 $\frac{2}{3}$ à 120. remanent 3 $\frac{1}{3}$, dico igitur & nota benè quod in omnibus 116 $\frac{2}{3}$ lucraris 3 $\frac{1}{3}$: dic igitur si 116 $\frac{2}{3}$ lucratur 3 $\frac{1}{3}$: quid lucrabitur 100. & inuenies quod lucratur 2 $\frac{6}{7}$: pro 100. idest ex omnibus 100. libris Venetiis lucratur libras 2 $\frac{6}{7}$ Venetas dando Mozenighos, si autem vis scire quid in libris 300. lu- cretur dic si 100. dat 2 $\frac{6}{7}$ quid dabit 300. duc 2 $\frac{6}{7}$ in 300. & diuide per 100. exit 7 $\frac{4}{7}$.

Et ponamus quod valor sit idem, sed 29 debitum sit in libris 300. Mediolanensis, & sim Venetiis tunc valor soluendorum est valor Mediolanensis, dispone igitur ipsum ante ut supra sed è conuerso ita ut

Secundum Exemplum.

Aureus.	40	1120	85 $\frac{5}{7}$
Mozenighus	24	20	$\frac{83 \frac{1}{3}}{2 \frac{6}{7}}$

$$83 \frac{1}{3} - 2 \frac{6}{7} = 100 - 2 \frac{6}{7}$$

$$100 - 2 \frac{6}{7} = 300 - 7 \frac{4}{7}$$

valor retinendorum sit post duc igitur 120. in 100. fit 12000. diuide per 140. exit 85 $\frac{5}{7}$ & similiter duc 20. in 100. fit 2000. diuide per 24. exit 83 $\frac{1}{3}$, igitur cum 85 $\frac{5}{7}$ excedat 83 $\frac{1}{3}$ erit melius dare aureos, quam Mozeni- ghos detrahe minus à maiori remanet dif- ferentia 2 $\frac{8}{21}$ & ideo dic si 83 $\frac{1}{3}$ dat 2 $\frac{8}{21}$ qui dabit 100. & dabit 2 $\frac{6}{7}$, & tantum lu- crabitur videlicet pro omnibus 100. libris Mediolanensis lucraberis 2 $\frac{6}{7}$ libras Me- diolanenses, & hoc est verum lucrari pro 100. si autem vis pro tota summa duc 300. in 2 $\frac{6}{7}$, & diuide per 100. exit 7 $\frac{4}{7}$.

Moderni Arithmetici in hoc grauiter er- 30 riant, cogita modo nostrorum conditionem temporum, quam si in rebus tam apertis & in quibus fallaciam accidere posse negat Aristotiles, ita grauiter delirant, quid credis faciant Medici, Iureconsulti, ac alij Arti- fices, quibus in erroribus reclamandi sem- per angulus aliquis relatus est, nobis au- tem cum erramus res ipsa obstat, detegit, coarguit amentiam nostram, sed ne videa- mur silentio accusare, publicum operandi modum demonstremus, si igitur in primo Exemplo quid melius & quantum sit explo- rare velis constitue econtratio quam fe- ceris in ratione nostra prima, videlicet valo- rem retinendum ante, & exbursandum post

I 2 veluti